



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

7. De peccatis ex ignorantia, infirmitate, & ex certa malitia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

adiunctum. Præterea si quis voluntariè obliteret se  
tactu vel amplexu mulieris coniugatæ aut consan-  
guineæ, quamvis sine proposito fornicandi, debet  
circumstantias in Confessione explicare. Cum enim  
tactus libidinosi suapte natura referantur ad copu-  
lam, ideo ex ea speciem malitiae accipiunt.

## C A P. VII.

*De peccatis ex ignorantia, ex infirmitate &  
certa malitia.*

**P**eccata alia sunt ex ignorantia, alia ex naturæ in-  
firmitate, siue antecedente passione animi, qua-  
si abesset, peccatum non fieret, ut si hominem ex  
vehemente passione iræ occidas. Alia ex malitia,  
cum quis ob solam voluntatis peruersiōnem tem-  
porale commodum bono honesto hic & nunc de-  
liberatē præferentis peccat, idque grauissimum. Et  
enim libertas hominis duobus modis minui vel tol-  
li potest, vel ex parte intellec̄tus, & id facit ignoran-  
tia, vel ex parte appetitus sensuī, & id facit passio:  
si ergo utrumque absit, dicitur peccatum ex meta  
malitia, quod nullam excusationē meretur.

**2.** Porro ex his tribus peccatorum membris addi-  
let quartum: quod est peccatum ex contemptu, cum  
ideo legem quis violat, quod nolis ei esse subie-  
ctus. 78.

**3.** Contemptus continet peccatum specialis inobe-  
dientiæ in duplice specie, quia legem transgreditur,  
V.C. ieunii, & quia potestatem præcipientem vil-  
pendit, & talis circumstantia contemptus in Con-  
fessione est manifestanda, tanquam propriam spe-  
ciem peccati continens, licet enim in omni peccato  
sit inobedientia materialis, tangent̄ speciale peccatu,

si ex

Si ex formalī & directā intentione legem violes, quia ex superbia non vis esse subiectus.

Si Carthusianus ex contemptū regulæ suæ carnes comedat, triplicis speciei peccatum committere videtur. 1. Contumie viri uter specialis obedientiæ. 2. Contra virtutem temperantiae, cuius intuitu statuta abstinentia. 3. Contra virtutem religionis, quia violat votum.

Omnis inobedientia ex formalī contemptū, est peccatum mortale. Ratio, quia tam magnum, quam parvum præceptum à legitima potestate descendit, quam vilipendere intolerabilis quædam superbia, & in Deum redundans veluti blasphemia est, iuxta illud Christi, Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. Et Rom. 13. Qui resistit potestati, Deo resistit.

Etiam ea quæ solū in consilio sunt, ut sacramentum Extremæ Vnctionis, aquæ benedictæ aspersiōnem, &c. ex formalī contemptū negligere, est peccatum mortale, iuxta Nauar. Aliud est contemnere, aliud non parere: nam consilio sine culpa non paretur; sed non sine culpa contemnitur.

Contemptus materialis siue ipsius operis, puta si quis præceptum transgreditur, quia parvi momenti astutus, est tantum veniale.

Frequens relapsus, seu consuetudo peccandi, propriè non continet contemptum, sed solum interpretatiuè secundum præsumptionem fori extēni. Relapsus tamen inducit ad contemptum. Prov.

18. Impius, cum in Profundum venerit peccatorum, contemnit:

(?)

B

TRA-